

12.

pedem super alterum teneamus. ut sic in medio permanentes
 quali inter profunda et alta iam non timentes humiliari.
 sed amantes in humilitate seruari. salutari nos ductu diri-
 gente sapientie transeamus. In altis etenim fluctibus pup-
 pis securiter nauigat. in firmamento lictorum si alteris insepa-
 biliter remum ponat. Et suum quis tutius sursum edificium
 eleuat / si fundamentum eius in profundioribus magis vigeat.
 Quemadmodum igitur celestis serenitas. quanto lucidior.
 tanto tranquillior. sic sapientis prosperitas esse debet mo-
 deratior quanto maior. Quibus digestis tacuit.

¶ Reminere spernas si vnicuique debitum honorem impedas etc.

De Leone Vulpe et mure.

Capitulum xviii.

Leonem et vulpem querendo partem gradientibus simul
 ut sic ars potestatis vni. et ars fraudis alteri subue-
 nit. Mus spaciatus post esum discurrens occur-
 rit. quem leo facie curiali respiciens. cauda deposita humi-
 liter salutauit. Illa vero sursum collo caudamque sua porrectis
 tantillum nudum caudule / in flexione facta tanta derisio.
 Mox ille astutus honorem in honorantem non sero / gratia
 refundens dissimulatione vulsum credit in passus ex illato
 a vulpe vulnere. tamen menti credit peccatus passus. Deinde
 cum illi quodam graui famis ardore. sparsis oculis effre-
 natim tendentes in absconditos laqueos pede minus prouide-
 pariter incidissent. Mus gnarus euentus cucurrit ad lo-
 cum. et leonine salutacionis non immemor. corrosis laqueis
 salutanti sic procurauit salutem. Socie vero gestu humili-
 ac eidem deprecatiuo continuo flagitanti. derisionis memor
 risu subfannacionis respondit. Quid in me conspicias. iuuet
 te cauda tua. quam olim superbiens erexisti et superad-
 dens inquit. vulpes calida es. sed prudentia cares. Resci-
 uisti quod in rebus minimis quandam vim natura distribuit.
 Quamobrem nihil est a sapiente spernendum. quomodo habet